

MASS PROPER: SIXTH SUNDAY AFTER PENTECOST

MASS *Dóminus fortitúdo* (green)

INTROIT Psalm 27: 8-9

Dóminus fortitúdo plebis suæ, et protéctor salutárium Christi sui est: salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hereditáti tuæ, et rege eos usque in sæculum. (Ps. 27: 1). Ad te, Dómine, clamábo, Deus meus, ne síleas a me: ne quando táceas a me, et assimilábor descendéntibus in lacum. v. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dóminus fortitúdo plebis suæ, et protéctor salutárium Christi sui est: salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hereditáti tuæ, et rege eos usque in sæculum.

COLLECT

Deus virtútum, cujus est totum quod est óptimum: ínsere pectóribus nostris amórem tui nóminis, et præsta in nobis religiónis augméntum: ut, quæ sunt bona, nútrias, ac pietátis stúdio, quæ sunt nutrita, custódias. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Romans 6: 3-11

Fratres Quicúmque baptizáti sumus in Christo Jesu, in morte ípsius baptizáti sumus. Consepúlti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quómodo Christus surréxit a mórtuis per glóriam Patris, ita et nos in novitáte vitæ ambulémus. Si enim complantáti facti sumus similitúdini mortis ejus; simul et resurrectiόνis érimus. Hoc sciéntes, quia vetus homo noster simul crucifíxus est: ut destruátur corpus peccáti, et ultra non

The Lord is the strength of His people, and the protector of the salvation of His anointed: save, O Lord, Thy people, and bless Thine inheritance, and rule them forever. (Ps. 27: 1) Unto thee will I cry, O Lord: O my God, be not Thou silent to me, lest if Thou be silent to me, I become like them that go down into the pit. v. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. The Lord is the strength of His people, and the protector of the salvation of His anointed: save, O Lord, Thy people, and bless Thine inheritance, and rule them forever.

O God of hosts, to Whom all that is best belong, graft in our hearts the love of Thy name, and grant us an increase of true religion: that Thou mayest foster what is good, and with tender zeal guard what Thou hast fostered. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, all we who are baptized in Christ Jesus are baptized in His death. For we are buried together with Him by baptism unto death; that as Christ is risen from the dead by the glory of the Father, so we also may walk in the newness of life. For if we have been planted together in the likeness of His death, we shall also be in the likeness of His resurrection. Knowing this, that our old man is crucified with Him, that the body of sin may be destroyed, and

serviámus peccáto. Qui enim mórtuus est, justificátus est a peccáto. Si autem mórtui sumus cum Christo: crédimus quia simul étiam vivémus cum Christo: sciéntes quod Christus resúrgens ex mórtuis, jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo. Ita et vos existimáte, vos mórtuos quidem esse peccáto, vivéntes autem Deo, in Christo Jesu Dómino nostro.

GRADUAL Ps. 89: 13, 1

Convértere, Dómine, aliquántulum, et deprecáre super servos tuos. V. Dómine, refúgium factus es nobis, a generatióne et progénie. Allelúja, allelúja. V. (Ps. 30: 2, 3) In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in justítia tua líbera me, et erípe me: inclína ad me aurem tuam; accélera, ut eripías me. Allelúja.

GOSPEL Mark 8: 1-9

In illo témpore: Cum turba multa esset cum Jesu, nec haberent, quod manducárent, convocatis discíplis, ait illis: Miséreor super turbam: quia ecce jam tríduo sústinent me, nec habent quod mandúcent: et si dimísero eos jejúnos in domum suam, deficient in vía: quidam enim ex eis de longe venérunt. Et responderunt ei discípli sui: Unde illos quis póterit hic saturáre pánibus in solitúdine? Et interrogávit eos: Quot panes habétis? Qui dixerunt: Septem. Et præcépit turbæ discúmbere super terram. Et accípiens septem panes, grátias agens fregit, et dabat discíplis suis, ut appónerent, et apposuerunt turbæ. Et habébant piscículos paucos: et ipsos benedíxit, et jussit appóni. Et manducaverunt, et saturáti sunt, et sustulérunt quod superáverat de fragméntis, septem

that we may serve sin no longer. For he that is dead is justified from sin. Now if we be dead with Christ, we believe that we shall live also together with Christ. Knowing that Christ, rising again from the dead, dieth now no more, death shall no more have dominion over Him. For in that He died to sin, He died once; but in that He liveth, He liveth unto God. So do you also reckon yourselves to be dead indeed to sin, but alive to God in Christ Jesus our Lord.

Return, O Lord, a little: and be entreated in favor of Thy servants. V. Lord, Thou hast been our refuge from generation to generation. Alleluia, alleluia. V. (Ps. 30: 2,3) In Thee, O Lord, I have hoped, let me never be confounded: deliver me in Thy justice, and release me: bow down Thine ear to me, make haste to deliver me. Alleluia.

At that time, when there was a great multitude with Jesus, and they had nothing to eat, calling His disciples together, He saith to them: I have compassion on the multitude, for behold they have now been with Me three days, and have nothing to eat and if I shall send them away fasting to their home, they will faint in the way: for some of them came from afar off. And His disciples answered Him: From whence can any one fill them here with bread in the wilderness? And he asked them: How many loaves have ye? Who said: Seven. And He commanded the people to sit down on the ground. And taking the seven loaves, giving thanks, He broke and gave to His disciples to set before the people. And they had a few little fishes, and He blessed them, and

sportas. Erant autem qui manducáverant, quasi quatuor mília: et dimísit eos.

OFFERTORY Psalm 16: 5-7

Pérfice gressus meos in sémitis tuis, ut non moveántur vestígia mea: inclína aurem tuam, et exáudi verba mea: mirífica misericórdias tuas, qui salvos facis sperántes in te, Dómine.

SECRET

Propitiáre, Dómine, supplicatió nibus nostris, et has pópuli tui oblatiões benígus assúme: et ut nullíus sit írritum votum, nullíus vácuá postulátió, præsta: ut quod fidéliter pétimus, effícaciter consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalm 26: 6

Circuíbo, et immolábo in tabernáculo ejus hóstiam jubilatiónis: cantábo et psalmum dicam Dómino.

POSTCOMMUNION

Repléti sumus, Dómine, munéribus tuis: tríbue, quæsumus; ut eórum et mundémur efféctu, et muniámur auxilió. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

commanded them to be set before' them. And they did eat, and were filled: and they took up that which was left of the fragments, seven baskets: and they that had eaten, were about four thousand: and He sent them away.

Perfect Thou my goings in Thy paths, that my footsteps be not moved: incline Thine ear, and hear my words: show forth Thy wonderful mercies, Thou Who savest them that trust in Thee, O Lord.

Be appeased, O Lord, by our humble prayers, and favorably receive the offerings of Thy people: and that the prayers of none be vain, no one petition void, grant, that what we ask faithfully, we may obtain effectually. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

I will go round, and offer up in His tabernacle a sacrifice of jubilation: I will sing, and recite a psalm to the Lord.

We have been filled, Lord, with Thy gifts: grant we beseech thee, that we may both be cleansed by their effects, and defended by their aid. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.